tūc ſebaſtianus ait Si ego verus ſum ſeruus xp̄i et ſi vera ſunt omnia que
ex ore meo hec mulier audiuit et credidit. Aperiat os eius qui aperuit os
zacharie ꝓphete domini. Ad hanc vocem mulier clamauit Benedictus ſer
mo oris tui et benedictus qui in omnibus que locutus es credunt. Tertio
habuit pugnam victorioſiſſimaꝫ quod notatur cum dicitur. vicerūt regna
Uicit aūt triplex regnum. ſcꝫ mundum cum auaricia. quia contemptis di
uicijs pauperem vitam duxit. carnem cum luxuria quā fugit et a qua elon/
gatus eſt. dyabolum cum potentia et eius miniſtros. de quibus dyocleci/
anus fuit vnus de quo legit̄. ꝙ aduocans beatum ſebaſtianū dixit ei. ego
inter primos te ſemper in palacio meo habui et contra voluntatem meam
diis meis iniuriā facis. Cui ſebaſtianus. pro ſalute tua dn̄m ſemper colui.
et pro ſtatu regni tui et romani imperij deum qui in celis eſt ſemꝑ adoraui
Tunc dyoclecianus iuſſit eum in medium campi ducere et ligari et a militi
bus ſagitari. qui eum ita ſagittis impleuerunt vt quaſi ericius videretur ir
ſutus. et eſtimantes eum mortuū abierunt. qui inter paucos dies liberatꝰ
ſtans ſupra gradus palacij imperatoris venientes de malis que xp̄ianis
inferebant dure redarguit. dixitqꝫ ſebaſtiano imperator. nonne tu es ſeba/
ſtianus quem diu ſagittis interfici iuſſeramus. cui ille. ad hoc me dominus
ſuſcitauit vt redarguam vos a malis que xp̄i famulis irrigaſtis. Tunc im
perator ita ip̄m diu fuſtigari iuſſit donec ſpiritum exhalaret taliter pugnā/
do mortem triumphauit. Quarto habuit operationeꝫ bonam. id eſt deuo
tam cum dicitur. operati ſunt iuſticiam. Eſt autem iuſticia virtus vnicuiqꝫ
reddens quod ſuum eſt Sanctus igitur ſebaſtianus eſt iuſtitiam operatꝰ
quia operatus eſt bonum quantum ad deum ſibi ſedulo ſeruiendo. Unde
legitur de eo. Chriſto ſedulum exhibebat officium. Operatus eſt bonū qn̄/
tum ad ſe ip̄m in omnibus ſanctitatem cuſtodiendo. Deutronomij. Cuſto/
di temet ip̄m et animaꝫ tuam ſolicite. Quinto habuit retributioneꝫ eternā
quod notatur cum dicitur. adepti ſunt repromiſſiones. Math. xl. Uenite
benedicti patris mei. ꝛc.

De ſancta Agneta v̓gine ſermo

Mulierem fortem quis inueniet. ꝓuer. vltio
capitulo. Inuenta eſt in beata agna quod ſalomon ſe non poſ/
ſe inuenire dicebat. Inuenta eſt igitur bona mulier hodie vna
fortis que fortes viros et tyrannos et ip̄m principem tyrannorum ſupera
uit. Fortitudo cuiuſlibet hominis oſtenditur quando conſtans in terra mi
nime inuenitur. Ip̄a autem triplex certamen ſuſtinuit. Primum fuit contra

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

prefecti filiū ſuſtinuit. Secundū ↄtra prefectū. Tertiū ↄtra prefecti vicariū
In primo namqꝫ certamine quod habuit cum prefecti filio qui ipſius virgi
nitatē auferre volebat habuit multiplex impedimentū. Primo namqꝫ im-
pediebat᷑ a iuuenili etate. naꝫ tredecim annoꝝ erat. Etas eni iuuenilis ma
gis eſt laſciua. ad ↄcupiſcentiā magis inclinata. Secundo a corporis pul-
critudine. vnde de ipa legit᷑ ꝙ pulchra facie ſed pulcrior fide. et qꝛ pulchra
magis ſolicitari ſolet. Tertio muneꝝ multiplicate. vnde cepit multa mune-
ra offerre et plura ꝓmittere. Multe quidē ſunt quas ſeducūt iuuentus. q̄s
cum ſeducit muneꝝ oblatio. Quarto amaꝝ et ſupplicioꝝ ↄmuneratione.
ſed licet tot impedimenta haberet tamen virginitatem ſeruauit et victoriā
obtinuit. et illa habent᷑ in eius legenda. Unde legit᷑ de ipa ꝙ. xiij annorum
etatis ſue mortē ꝑdidit et vitam inuenit. que cū a ſcolis reuerteret᷑ a p̄fecti
filio adamat᷑. cui ille gemmas et diuitias ꝓmiſit ſi ↄſenſum ſuo ↄiugio non
negaēt. Cui agnes. Diſcede a me pa. me. quia iam ab alio amari preſuppo
no. qui eſt nobilior pulcrior ditior te. Audiens iuuenis inſanus lecto ꝓſter-
nitur et ꝙ tam amoris egrotaret a medicis repit᷑. Ecce prima pugna et vi
ctoria Secundū certamen habuit ↄtra prefectū qui volebat polluere famā
eius et honeſtatem tradendo ipam ad proſtibulum. in hoc certamine mul
ta ſcelera adiecit aduerſarius eius ↄtra eam. Primū ſcelus fuit ꝙ ipam fe
cit nudam ꝑ ciuitatem duci vt nuditas ſibi verecundiā faceret. Solent eni
virgines nuditatem timere. quā penam ſuſtinuit. ſed ↄtra hoc habuit adiu
torium a deo. nam tantū dn̄s capillos tribuit vt melius capillis q̄ꝫ veſtibꝰ
tegeret᷑ et ſic verecundiā ab ea ꝓpulſauit. Secundū ſcelus fecit ↄtra ipam
ꝙ in loco turpi ſcꝫ proſtibulo eaꝫ fecit includi vt nomen et honeſtatem pol
lueret. Sed ↄtra hoc habuit angelicam ſocietatem. Ingreſſa locum turpi-
tudinis. angelum dn̄i preparatū inuenit qui infamiā loci aboleret. Tertiuꝫ
ſcelus fuit ꝙ in loco obſcuro ipaꝫ includi fecit vt loci obſcuritas eū terrerꝫ
ſed ↄtra hoc habuit angelicam claritatem. vt illi qui ad eam ingreſſi ſunt
pre nimio ſplendore ipaꝫ videre nō poſſent. Quartū ſcelus fuit ꝙ eaꝫ ſine
veſtimento reliquit vt frigore afflicta moreret᷑. ſed ↄtra hoc habuit veſtem
celeſtem vt a frigore tegeret᷑. Ingreſſa eni carcerem veſtem candidiſſimam
paratam ad menſurā corporis ipſius aptam. Quintum ſcelus fuit ꝙ ipaꝫ
omnibus fecit exponi. vt ꝓ vno quē ↄtempſit multos haberet qui ipaꝫ il-
luderent. ſed ↄtra hoc habuit diuinā virtutē vt omnes qui ad eam ingre-
diebant᷑ viſo lumine reuertebant᷑ Sextum ſcelus fuit ꝙ filio ſuo eaꝫ ad illu
dendum tribuit et quem nolebat habere amicum haberet amaſium. cōtra
hoc habuit iuſtitiam dei que ipaꝫ vindicauit. Cū eni filiꝰ predicti p̄fecti ad
lupanar veniſſet cū alijs iuuenibꝰ et eos ingredi iuberet. et illi ↄpuncti redi
rent. ille miſeros eos appellans ad eam intrauit. et cum ipaꝫ vellet ↄtingē
a diabolo ꝓuocatus expirauit. Quod prefectus audiens cum nimio fletu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad eam venit et cauſā moꝛtis filij ſui ſciſcuitait. Cui agnes ille cuius opus ꝑficere volebat in eum. poteſtatē accepit. cui prefectus in hoc apparebit ꝙ hoc magicis artibus non feciſti ſi impetrare poteris vt ſuſcitetur. oꝛante ſancta agnete iuuenis reſuſcitatur et publice criſtus ab ipo pꝛedicatur et ſic in ſecundo certamine triumphauit. tertium certamen habuit contra ꝑfecti vicarium qui voluit in ipſa coꝛrumpere fidei integrita tem mltiplex ſuppliti um inferendo. cum enī pꝛefectus miraculum vidiſſet ꝙ per eam filius eius fuiſſet ſuſcitatus libenter eam liberaſſet ſed populus clamabat vt inteꝛfice retur. tunc ipſe aſpaſium vicariū ſuū in loco conſtituit qui iuſſit eaꝫ in ignē copioſū iactari vt ignis carnē et oſſa in nihilum redigeret ne alique reliq̄e remaneret quas criſtiani adoꝛarent. Sed ipſa ignē deuicit quia contra ig nis ardoꝛem habuit deuotā oꝛationē q̄ ipſū ignē dimiſit in duas ꝑtes et ipſa in medio ignis illeſa manſit. Unde legitur de ea. cumqꝫ compleſſꝫ oꝛa tionem ignis ita extinctus eſt ꝙ nec tepoꝛ incendij manſit. tunc aſpaſi⁹ gla diū in gutture ei⁹ immergi iuſſit et ſic palmā martirij a criſto. recepit et ideo modo eſt in numero ſaluandoꝛum. Rogemus

De ſancto vincentio.

Vincenti dabo edere de ligno vite qđ eſt in paradiſo dei mei apoc. ij. fili⁹ dei rex celi et terꝛe volens milites inpugna huius mūdi carnis. et diabolo anima re ꝓmittit victo ribus dare ad veſcendum lignum vite. Et quia dicit beatus ieronimus ꝙ nullus ſanctoꝛū ſine certamine ſaluatus ſit etiam ideo nos pugnamus q̄a milicia eſt vita hominis ſuper terꝛā. tria ſunt eis neceſſaria qui pugnant vt vincere valeant. ſcilicet diſcretio. foꝛtitudo. et audacia. Sic benignus dn̄s milites ſuos ſcripturis ſuis inſtruit quomodo pugnare debeant. pꝛimo vi delicet opoꝛtet ipſos armari virtutum armis ne ſubcūbāt in pugna. foꝛti ficat etiā eos et hoc per gratiam ſuā ne deficiāt in penis. Tertio dat eis au daciā exemplo ſuo quod reliquit in paſſione dat eis audaciam pꝛomiſſioni bus ſuis et illa tria habuit in ſe beatus vincencius miles ꝛegis celeſtis. Diſ cretionem habuit quod patet ꝙ oꝛdinatus archidiaconus fuit. Cui beat⁹ valerius pꝛo ſe loqui commiſerat quia impedite lingue erat quod non feciſ ſet niſi diſcretus fuiſſet. duo igitur in verbis iſtis notare poſſumus ſcilicꝫ ip ſius certamen ſiue pugnā. Secundo ipſius mercedem. Pꝛimū ibi vincenti. Secundū ibi dabo edere. Certauit igitur beatus vincencius viuus et moꝛ tuus. Viuus autē triplex certamen habuit. pꝛimum habuit in eculeo. ſecun dū ignis incendio. tertiū in carceris ergaſtulo. In eculeo fecit eū dacianus toto coꝛpoꝛe diſcendi. diſtenſū diuerſis vulneribus cruciari. vnde legit̄. De dacianus imperatoꝛ ꝑcipiens valerianū epiſcopū et vincenciū eſſe xpia/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf